

JOANNIS
LODOVICI VIVIS VALENTINI
INTRODVCTIO AD SAPIENTIAM
AB AVCTORE IPSO RECOGNITA

JOANNIS
LUDOVICI VIVIS AVENTINIA
INTRODUCTIO AD SATYRITAM
AB ACTORE IPSO RECOGNITA
ET LOCUPLETATA

MONITVM EDITORIS.

ETSI FRANCISCVS CERVANTES Latinae io-
ANNIS LUDOVICI VIVIS *Introductioni* in ser-
monem vernaculum abs se conversae locum
haud dederit in praestantissimo harum lucu-
brationum fasciculo ; rem non ingratam nos
facturos existimavimus eruditis lectoribus,
si eam hic recuderemus, quum elegantissi-
ma sit omnibusque numeris absoluta. Quid
a nobis praestitum sit, ut quam fieri pos-
set emendatissima prodiret, paucis accipe, le-
ctor humanissime, *Introductionem* hanc vivis
in Sapientiam expressam hic damus ex edi-
tione Burgensi anni MDXLIV. ut pote ab au-
ctore ipso locupletata, ceu in fronte operis
legimus, & a SALAZARIO nostro ad interpre-
tationem suam adhibita, quemadmodum u-
trumque opus inter se conferenti facili ne-
gotio apparebit. Nam & easdem ubique ca-
pitum sectiones & versuum numerum licet
deprehendere. Nos autem quae in Burgensi
editione summo opere rarissima, quam hic
presso pede sequimur, aliter leguntur ac in

cc-

ceteris, quas consuluiimus, & in Praefatione Hispanica recensentur, accurate notamus in ima pagina: *addita* vero aut *omissa* in exemplari nostro, adhibitis tantum prioribus litteris A & O indicamus, ne voces illae tribus quoque verbis repetitae fastidium patiant lectoribus. A notis, quas meditabamur, consulto abstinuimus, ut ne opus iam satis grande in immensum cresceret. VALE, lector humanissime.

IO.

JOANNIS
LODOVICI VIVIS VALENTINI

AD SAPIENTIAM INTRODVCTIO.

I. **V**era Sapientia est de rebus incorrupte iudicare, ut talem unamquamque existimemus, qualis ipsa est, ne vilia sectemur tamquam speciosa, aut pretiosa tamquam vilia reiiciamus; ne vituperemus laudanda, neve laudemus vituperium merita.

II. Hinc enim error omnis in hominum mentibus ac vitium oritur, nihilque est in humana vita exitiabilius, quam depravatio illa iudiciorum, quum singulis rebus non suum pretium redditur.

III. Quocirca perniciose sunt persuasiones vulgi, quod stultissime de rebus iudicant.

IV. Videlicet Magnus erroris magister est populus.

V. Nec aliud magis laborandum est, quam ut sapientiae studiosum a populari sensu abducamus & vindicemus.

VI. Primum omnium suspecta illi sint, quaecumque multitudo magno consensu approbat, nisi ad illorum normam revocarit, qui singula virtute metiuntur.

VII. Adsuescat unusquisque iam tum a puerो veras habere de rebus opiniones, quae simul cum aetate adolescent.

VIII. Et ea cupiat, quae recta sint, fugiat quae prava: adsuetatio haec bene agere vertet ei prope in naturam, ut non possit, nisi coactus & reluctans, ad male agendum pertrahi.

IX. Deligenda est optima vitae ratio: hanc consuetudo iucundissimam reddet.

To-

1 vituperanda.

2 O. singulis, sed suppositionibus.

3 vulgi opiniones.

4 quae & iudicant.

5 Videlicet est.

6 A ut, 7 vertat.